

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

DE VISITATIONE COMmendarum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.


For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

DE VISITATIONIBVS Tit. xv.

DE VISITATIONE COM-
mendarum.

F. CLAVDIVS de la sengle.



TATVS
imus q
Priores
& Ca
Stella
nus Em
postæ
quolibet
quinque
nio per

sonaliter omnes Baiulias, cōmendas, domos,
membra, hospitalia, ecclesias, oratoria, et alia
quæcunq; loca sibi subiecta diligenter uisita-
re debeant, & super inutiliter administratis
prouidere teneantur, ne per negligētiam in-
commoda sequantur. Eam quoq; uisitationem
in inscriptis redigant, cuius transumptū au-

DE VISITATIONIBVS Tit. xv. 164
theticum Magistro & conuentui mittant.
si uerò Priores & Castellanus Empostæ ua
letudine aut alia legitima causa impediti fue
rint, quominus uisitare possint cōmendas, doz
mos, membra & alia loca nostri ordinis su
pradiēta in suo Prioratu, eo casu duos fra
tres, unum militem qui sit cōmendatarius, et
unum fratrem capellanum qui etiam cōmen
dā habeat, si reperiri poterit, sin minus aliū
fratrem capellanum aptos, prudētes, & idos
neos ad dictam uisitationem faciendam eliz
gant & deputent. si tamen pendente dicto
quinquennio periculum esset, ne aliquæ com
mendæ ruinam paterentur, uolumus q̄ non
expectato eo termino Priores et Castellanus
Empostæ super earum reparatione & manu
tentione diligēter prouideant. Poterunt etiā,
si necessariū aut cōmodum uidebitur, simul
et successiue plures fratres ad dictas uisita
tiones faciendas deputari, qui bini (modo quo
supradiētū est) ad diuersas cōmendas se cōse

DE VISITATIONIBVS Tit. xv.
rēt, ut celerius dictæ uisitatiōes cōfici possint.

De uisitatione camerarum Prioralium.

Idem Magister.

2. **Q** Via Prioribus et Castellano Empostæ
cæteros uisitandi auctoritas commissæ
est, statuimus ut reciproca potestate uisitatio-
nis normam subeant. Decet enim unumquēq;
Religiosum ceruices iugo obedientiæ submit-
tere, nec delinquendi licentia cuiquam danda
est. Hoc igitur modo cameræ Priorales uisi-
tabuntur. Quolibet quinquēnio duo prudētes
fratres, scilicet, unus miles cōmendatarius,
et unus capellanus (ut supra dictū est) idonei
& sufficientes deligātur et in capitulo pro-
uinciali deputentur, qui auctoritate nostra ca-
meras Priorales, mēbra et domos earum dili-
gēter uisitēt, et uisitationē in scriptis redigāt
et de his quæ inuenerūt Prioribus dēt noticiā
tempus opportunū statuendo: ut necessarijs,
prout cōpererint, Priores ipsi provideant.

De forma uisitationis.

Consuetudo.

Prior et Castellanus Empostæ, et uisitato-
res in faciēda uisitatione hoc modo se ha-
bebunt. Primum accipiet secū scribā capituli
prouincialis aut notariū, uel si melius uidebitur
aliquē ordinis nostri Religiosum, & cum
ad loca uisitanda uenerint, ante omnia de res-
bus diuinis ingrant, reliquias, iocalia, ornamē-
ta ecclesiarū et oratoriorum, libros et cæterā
supellectilem diuino cultui dicatā uisitent. In
super ingrant diligenter, si diuinum officiū
rectē celebratur. Et si fuerit ecclesia parochi-
alis, si curatus aut capellanus ritē debite, di-
ligenter, et cum ueneratione sacramenta mi-
nistret, & de eius sufficientia, deinde quomo-
do possessiones et prouentus commendæ ad-
ministrantur, quomodo se gerat commendas-
tarius, & generaliter de uita eius & mori-
bus. In ipso quoq; uisitationis processu om-
nes singularum possessionum, grangiarum,
prædiorum rusticorum & urbanorum titus

DE VISITATIONIBVS Tit. xv.
los, & eorum ualorem nominatim descri-
bent, libros præterea cēsuales, iurisdictiones,
præminentias, facultates, & priuilegia no-
tabūt tam in capite q̄ in membris. Item ones-
ra, lites motas, & pendentes, res etiam occu-
patas (si quæ sint) & à quibus sint occupa-
tæ, quæ alienata aut deteriorata sunt, defec-
tus corrigant: quæ reparāda fuerint, statim
aut ad certum tēpus reparari mandent, pro-
ut rei qualitas postulabit: Quicquid compere-
rint in scriptis redigi faciant, quorum trans-
scriptum authenticum manibus suis subscri-
ptum, & sigillis suis confirmatum Magistro
& conuentui mittatur: ut bonorum ordinis
nostri statum cognoscant, et pro rerum exis-
gentia provideant.

De pœna non uisitantium.

F. CLAVDIVS de la sengle.

4. **S**I Prior et Castellanus Empostæ huiusmo-
di uisitationem facere neglexerit, eo ipso
censetur priuatus omni iurisdictione et præ-

eminentia Priorali. Alij autem uisitatores qui ab eodem aut à capitulo prouinciali ad dictas uisitationes faciendas deputabūtur, nisi se legitime excusauerint, priuentur fructibus unius anni cōmendarum seu administrationū suarū, qui cōmuni nostro ærario applicabūtur: si fuerint fratres, amittēt unum annum suæ ancianitatis. In eandem pœnam incurrent dicti uisitatores, si Prioribus et Castellano & pōstæ, & cōmendarijs in uisitando fauisse reperti fuerint, aut eorum defectus, errores, & malam administrationem occultasse.

De pœna non reparantium defectus repertos in uisitatione.

Idem Magister.

Priores & Castellanus pōstæ & cōmendarij, qui defectus et detrimēta in uisitatione cōperta non reparauerint, et emendauerint secundum quod illis iniunctum fuerit, tanquam inobedientes & mali administratores censeantur priuati prioratibus &

DE VISITATIONIBVS Tit. xv.
Castellania Empostæ, Baiuliatibus, com-
mendis, & quibuscunq; ordinis nostri admis-
nistrationibus.

Quod uisitatores utatur moderatis expensis.

F. Antonius Fluiianus.

6. **I**ubemus ut Priores & Castellanus Empo-
stæ in uisitandis Prioratibus, ac uisitatores
in uisitandis cõmendis moderatis expensis in
equitatu & famulis utantur, ne cõmendata-
rij impensis excessiuis grauētur: quinimo mo-
deratē & temperanter huiusmodi uisitatio
fiat, ne cõmendatarij uisitati causam conquest-
rendi habeant, quo casu Priores et cæteri uisi-
tatores damnum reficere teneantur.

Quod cõmed. ruinis diligēter prouideatur.

Idem Magister.

7. **S**tatuimus quod uisitatores commendarum
ac camerarum Prioralium secundum for-
mam statutorum diligentia in uisitationibus
faciendis adhibeant, ut ruinis consulatur hac
forma. viso ualore commendarum, deductis

DE VISITATIONIBVS Tit. xv. 167
oneribus communis ærarij ac prius solutis:
seruitio diuino, hospitalitate ac eleemosinis cō
pletis; uictu quoq; & uestitu cōmendatariorū
rum prouiso, residuum ad ædificationem &
reparationem deputetur. Quòd si uisitatores,
Priores, Castellanus Empostæ uel cōmendat
arij in hoc exequendo negligentes fuerint,
priuationem Prioratuum, commendarum, et
dignitatum incurrant, quorum prouisio Magi
stro & conuentui spectat.

Quòd Priores eligant capellanium pro
uisitandis ecclesijs.

F. Ioannes de Lastico.

PRioribus et Castellano Empostæ licet eli
gere unum fratrem Capellanium ordinis
nostri, qui sacrosancta ecclesiarū, oratoriorū,
et capellarum, puta reliquias, Eucharistiā, &
alia huiusmodi in Prioratibus uisitet, refor
met, & dirigat. Cui quidē sic electo ut Prior
Ecclesiæ conuentus suas uices tribuat facul
tatem atq; potestatem concedimus.

De modo uisitandi cōmēdis. pro melioramētis.

F. CLAVDIVS de la sengle.

9. **I**N uisitandis cōmēdis eorū qui se meliorare prætendunt, hæc forma seruanda est. Cōmissarij deputati per Priorē aut Castellānum Empostæ atq; capitulū prouinciale iure iurando adacti debent omni diligentia et cura uisitare cōmendā tam in capite q̄ in membris & domibus, et oculatē uidere qd fuerit melioratū, et quid de terioratū & dānificatū culpa cōmendatariorū qui se prætendunt meliorare, eo tēpore quo dictas cōmendas possederint, quæ qdem meliorationes, deteriorationes, et dāna, litiū status, et prosecutiones debeant particulariter specificari in literis certificationis quā super ipsis meliorationibus fecerint. Insuper quæ lites motæ, & processus facti sint super bonis & possessionibus cōmendæ aut mēbrorū, et si cōmendatarius diligenter et fideliter dictas lites sustinuerit, defenderit, et sit prosequutus: ut comodo et in-

DE VISITATIONIBVS Tit. xv. 168
comodo æqua lance ponderatis, dignoscatur
an melioratio excedat deteriorationem, uel è
contrà.

De iuramento recipiendo ab eis quor-
um cōmendæ uisitantur .

Idem Magister.

VT nihil in cōmendis non exactè uisita-^{to.}
tum reliquatur, statuimus ut Prior, Ba-
iulius uel cōmendatarius cuius cōmenda uis-
sitabitur, uel eius procurator finita uisitatiōe
teneatur iureiurando affirmare se omnia mē-
bra, domos, prædia, & possessiones ipsius cō-
mendæ fideliter monstrassee & manifestas-
se, eaq; uisitata fuisse. Quod si aliquod occul-
tassee reperietur, quod uisitatum non fuerit,
dictæ uisitationes nullius sint ualoris, nec
Cōmendatarius uigore illarū melior-
rare se possit, & si se meliorauer-
rit, redeat ad relictam com-
mendam .